

1337. 14 25 Junii

Ed. Ms. C. int. Sandomin

In Nomine Domini Amen. Quod magnifica Regum fieri decrevit autho-
ritas ratum et stabile debet perpetuè permanere. Ea propter Nos Kazimirus Dei
gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracovia Sandominia, Stradia, Cuiavia
Pomeraniae q. Dominus et Haeres notitidis universonum tam presentium quam
futurorum presentibus declaramus. Quod volentes Civitatem nostram Sandomi-
ensem in meliori et utiliori statu ponere, ut per hoc Advocatorum servitia respen-
tur, et Civibus utilitas amplius augetur, et nunc igitur Marco Advocato, nec non pro-
genitis fratris eius Ruperti memoria felix, ac omnibus Civibus Sandominensibus
hereditatem nostram Brodorkowice, etiam dudum junctam per nostros Praedecessores
eidem Civitati, de novo nunc donamus, damus, tradimus, et conferimus, velut
in suis metis et terminis circumferentialiter et distincta, eidem Marco et proge-
niti praescriptis Advocatis praedictae Civitatis, et Civibus, ipsam hereditatem Bro-
dorkowice cum omnibus utilitatibus redditibus singulisq. pertinentiis et usibus, qui
nunc ibi sunt, aut per eorum providentiam fuerint in futurum irrevocabiliter
tenendam habendam liberèq. in perpetuum possidendam. Hanc igitur hanc
serie literarum roboramus Actum et Datum Cracovia die Praeonis Martyris
et eius sociorum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Trigesimo Septimo.

46

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 horizontal lines.

177